UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianae, 1661

Benevolo Lectori S.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62953

Visual Library

Benevolo Lectori S.

AMice Lector, quò magis Reipubl. literariæ & tibi, plenè conſultum foret, hunc ſeptimum Decretalium, Conſtitutionum Apoſtolicarum, poſt ſextum, Clementinas & extravagantes, hactenus editarum, & à doctiſsimo Viro, D. Petro Matthæi J. C. Lugdunenſi, olim ita collectarum, & ſeparatim impreſſarum, & olim Illuſtr. D. Cardinali Cajetano, inſcriptarum, tot libris Canonicis, titulis & canonibus, accurata diſtinctione, reſpondentem, hîc in calce Corporis Juris Canonici univerſi, adjungere opere pretium eſſe duximus; quò nimirum nihil reſtaret, quod plenam & perfectam cognitionem, hujus Apoſtolici juris, impedire poſſet. Præſertim cùm conſtet, iſtas Conſtitutiones, à DD. modernis paſsim, ab Hiſtoricis quoque, allegari. Adjunximus etiam quibuſdam in locis (ubi hoc neceſſarium videbatur) notas non inutiles. Tu igitur, Vir optime, noſtro labore, & bona intentione contentus, illo utere, fruere. Vale.